Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>

clamantes. quos hi qui turbam
gratant et huc venerunt quos si
cepit iason: et hi omnes contra
decreta cesaris faciunt regem
alium dicentes esse dm Concita
uerunt aut plebem et principes
ciuitatis audientes hec: et ac-
cepta satisfactione a iasone et a
ceteris dimiserunt eos. fratres
vero continenti p nocte dimiserunt
paulum et silam in berroeam.
qui cum venisset in synagogam
iudeorum introiuit. hi autem
erant nobiliores eorum qui sunt
thessalonice: qui susceperunt
verbum cum omni auditate cordis:
quotidie scrutantes scripturas. si
hec ita se habent et multi qui
dem crediderunt ex eis: et mu-
lierum gentilium honestarum et vi
rorum plurimi. Cum autem cognouisset
in thessalonica iudei quia et be
roea predicatum est a paulo ver-
bum dei venerunt et illuc com-
mouentes et turbantes multitudines
statimque tunc paulum dimiserunt
fratres: ut iret usque ad mare
Sylas autem et thimotheus remas
serunt ibi. Qui autem deducebat
paulum peduerunt eum usque ad
athenas: et accepto mandato
ab eo ad silam et thimotheum
ut quam celerius potuisset veniunt
ad illum. profecti sunt. paulus
autem cum athenis eos expectaret
mirabatur spiritu in ipso: videns
ydolatrie dedita ciuitatem Dis-
putabat igitur in synagoga cum
iudeis et colentibus deum et in
foro per omnes dies ad eos qui au-
dierant. Quidam autem epicurei
et stoici philosophi disserebant
cum eo: et quidam dicebant. Quid
vult seminator verborum hic dicere
alii vero dicebant: nouorum de-
monorum videtur annuntiator esse.
quia iesum et resurrectionem annun-
ciabat eis et apprehensum eum ad areo
pagum duxerunt dicentes. Possumus
scire que hec est nouam hanc a te
dicitur doctrina. Nouum enim quidem
infertis auribus nostris. Volumus
ergo scire. quid nam velint hec
esse. Athenienses autem omnes ad-
uene hospites ad nichil aliud
vacabant nisi aut dicere
aut audire aliquid nouum. Stans
autem paulus in medio areopagi
ait. Viri athenienses per omnia
quasi superstitiosiores vos video. Prete
riens enim et videns simulacra
vestra: inuenimus et aram in qua
scriptum erat. Ignoto deo. Quod
ergo ignorantes colitis: hoc ego
annuntio vobis: Deus qui fecit
mundum et omnia que in eo sunt:
hic celi et terre cum sit deus: non
manufactis templis inhabitat
Nec manibus humanis colitur indi
gens aliquo. cum ipse det omnibus
vitam et inspirationem et omnia: fecit
quoque ex vno omne genus hominum in-
habitare super vniuersam faciem ter
re: definiens statuta tempora
et terminos habitationis eorum:
quarere deum. si forte attrectet
eum aut inueniat: quamuis non
longe sit ab vnoquoque nostrum.
In ipso enim viuimus et mouemur
et sumus. sicut et quidam vestrorum
poetarum dixerunt. Ipsius enim
et genus sumus. Genus ergo
cum simus dei: non debemus estima-
re auro et argento aut lapidi.
sculpture artis et cogitationis
hominis diuinum esse sibi et ipsa
quidem huius ignorancie despiciens
deus: nunc annuntiat hominibus
ut omnes ubique penitentiam agat
eo quod statuit diem in quo iudicatu-
rus est orbem in equitate in
viro in quo statuit: fidem exhibens